



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

Quæ illa multa quæ portare non poterant?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

diuinitas vestra, nec diuinitas deputanda est, quæ subdita est homini, & si quid ad dedecus facit emittit suis. Si altera parte demones sunt vel Angeli, cur se alibi pro Dijs agere respondent? Nam sicut illi qui Dijs habentur, demones se dicere noluisse, si veri dijs essent, scilicet ne de maiestate se deponerent: Ita & isti, quos directo demones nostri non auderent alibi pro dijs agere, si aliquommodo dijs essent, quorum nominibus vruntur. Vererentur enim abuti maiestate superiorum sine dubio, & timendorum: adeo nulla est diuinitas ista quam tenetis, quia si esset neque à demonijs affectaretur in confessione, neque à Deo negaretur. Cum ergo utraque pars concurrat in confessionem Deos esse negans, agnoscite vnum genus esse, id est demones. Verum vtriusque iam Deos querite. Quos enim presumpsit de demones esse cognoscit. Eadem vero opera nostra, ab eisdem dijs vestris non tantum hoc detegentibus, quod neg. ipsi Dei sint, neque vlli alij. Etiam illud in continentem cognoscit, qui sit vere Deus & an ille, & an vnicus quæ Christiani protestemur, & an ista credendus colendusque, vt fides, vt disciplina posita est Christianorum. Sane per Tertullianum Catholicum, vt per alios clarissime gentes conuicit. In eodem apologetico verba eius sunt. Dicunt ibidem, equis ille Christus cum sua fabula? Si homo communis conditionis, si magus, si post mortem de sepulchro à discipulis surreptus, si nunc denique penes inferos, si non in celis potius, & inde venturus cum totius mundi motu, cum horrore orbis, cum planctu omnium, si non Christianorum, vt Dei virtus & Dei Spiritus, & sermo & sapientia & ratio & Dei filius. Quodcumque ridetur, rideant & illi vobiscum: negent Christum, omni ex alto animam, restituito corpore iudicaturum. Dicant hoc pro tribunali (si forte) Minores & Radamanthus in secundum consensum Platonis & poetarum hoc esse sortitos: sue saltem ignominia & damnationis notam reseruent. Renuntient se immundus Spiritus esse, quod vel ex pabulis eorum sanguine & sumo & putidis rogu pecorum, & impurissimis linguis ipsorum vatum intelligi debuerit. Renuntent ob malitiam prædammatos se in eundem iudicij diem cum omnibus cultoribus, & operatoribus suis. Atquin omnia hæc nostra in illis damnatio & potestas de nominatione Christi valet, & de commemoratione eorum quæ sibi à Deo per arbitrium Christum imminenti expectant. Christum timentes in Deo, & Deum in Christo subiiciuntur seruis Dei & Christi. Ita de contractu, deque afflatu nostro contemplatione & representatione ignis illius correpti etiā de corporibus nostro imperio excedunt inuiti & dolentes, & vobis presentibus erubescerent. Credite illis cum verum de se loquuntur, qui mentientibus creditis. Nemo ad sumum dedecus mentitur, quin potius ad honorem. Magis fides prona est in aduersus semetipsos confitentem, quam pro semetipsis negantem. Hæc denique testimonia Deorum vestrorum Christianos sacre consueverunt, quia plurimum illis credendo, in Christo Domino credimus. Ipsi litterarum nostrarum fidem accendunt, ipsi spei nostræ fidem accendunt. At colitis illos quod sciam etiam de sanguine Christianorum Nollent itaque vos tam fructuosos, tam officiosos sibi amittere, vel ne à vobis quandoque Christianis fugerent, si illis sub Christiano volente vobis veritatem probare mentiri liceret.

## VERSUS 12.

*Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo.*

## QVÆSTIO I.

*Quæ illa multa, quæ portare non poterant?*

**V**erba clara, nec sensus ambiguus est. Multa enim habere se Christus proficitur dicenda Apostolis, sed quæ non possint portare modo, quorū nunc idem non sint audiores, intellegendis postea cum acceperint Spiritum sanctum. Hæretici nonnulli quæ Apostoli nondum portare poterant, suas hereses esse dicebant, vt testatur Augustinus tract. 97. Omnes autem insipientissimi hæretici, quæ se Christianos vocant, audacias figmentorum sacrorum, quas maxime horret sensu

sus humanus, hac occasione Evangelica sententia colorare conantur, vbi Dominus ait, Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo: quasi hæc ipsa sint, quæ tunc discipuli portare non poterant, & ea docuerit Spiritus sanctus, quæ palam docere atque predicare, quantalibet feratur audacia, Spiritus erubescit immundus. Hoc Apostolus in Spiritu sancto præuidens ait: Erit enim tempus quo sanam doctrinam non sustinebunt, sed secundum desideria sua Magistros sibi coaceruabunt prurientes auribus: & à veritate quidem auditum suum auercent, ad fabulas autem conuertentur. Illa enim secreti furtim commemoratio quæ dicitur, panes occultos libenter attingite, & aqua furtim dulcedinem: pruritus facit audientibus in auribus spiritualiter fornicantibus, sicut pruritus quodam libidinis etiam in carne corrumpitur integritas castitatis.

Id Tertullianus fecit, dum bigamiam damnat, c. 2. Hæcille pro Montani Paraclete ex Valentinianis & Gnosticis, aliter c. 28. & 29. de præscriptionibus locutus est.

§. 2. Augustinus tractatu 97. in Ioannem facit illa, quæ portare non poterant, magna & sublimia fuisse, quæ vero fuerint non posse sine temeritate defini. Theophylactus. Qualem autem veritatem dicit: aut fuerint, de omnibus cognitionem. Ipse quidem Dominus, nihil de semetipso dixit, simul humilitatis typum exprimens, simul ob re non potuerunt. Iudeorum ignorantiam, sed non tuerunt. palam recensuit legalium obseruationum dissolutionem. Ne omnibus videretur esse Deo contrarius. At postquam venit Spiritus sanctus, & filij maiestas manifestata est, & vera omnium cognitio eluxit, & sublati è medio legalibus typis, & mutilibus factis, in verum cultum qui est in Spiritu traducti sumus, per signa quæ in Spiritu perfecta sunt, stabilita fide.

Eodem sensu etiam Irenæus disputat contra eos qui hæreticorum nouitates docuisse Spiritum sanctum volunt.

Catholicorum est vera expositio; quædam nimium sublimia mysteria eo tempore prætermisisse, quod eorum imbecillitati conuenire non posse videret, ea tamen deinde per Spiritum sanctum tradidisse.

§. 3. Hæretici calumnia & improba obiectio Catholicos omnes grauant, cui Lutherus homilia in hunc locum initium dedit. Pingit enim Catholicos ex hoc loco traditiones, & ceremonias Ecclesiasticas probare, quas ipse scurriliter enumerat, ostenditque eas non esse tales, quas Apostoli portare non potuerunt, cum nunc eas pueri, ac mulieres capiant. Lutherum tam Calviniani, quam Lutherani sequuntur. Buceus præterit, qui multus in eo est, vt probet, illa quæ Spiritui sancto reservata sunt, ceremonias non esse. Eadem Cruciger, Musculus, Lossius, Aretius, Calvinus, Bullingerus, cuius verba adferam, tum quia posteriores fere ex eo descriperunt, tum vero, vt Calumniam notioræ modum formamque lector inspicat. Abutuntur præsentem Evangelij loco Pontificij Sophistæ, hinc fulciant omnia sua commenta, quæ vel extra, vel contra scripturæ canonem, Ecclesiæ tradiderunt obseruanda. Non omnia tradita sunt, inquit ab Apostolis, quia nec omnia his quoque reuelata sunt. Multa enim reservata sunt patrum in concilijs determinationi. Vnde scriptum est. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed nunc non potestis portare. Atque hinc innumerant Missarum celebrationem, Idolorum cultum, cælibatuum clericorum, Vota Monachorum, & quæ huius generis alia sunt. Contra ista deinde disputat deo vehementer, quasi nesciat confictam esse à se calumniam, mirumque ait, nos illa futilia & pita proferre audere, & pro ijs venditare, quæ Dominus in cena illa reuelare noluerit.

Respondeo. Quæ illa sint, quæ reuelarit Dominus nobis incognitum esse, vt etiam docet Augustinus, graua esse & sublimia non dubitamus, nec tam necessarii est, omnia grauisima, & difficillima intellegere.

T

ctu fu-

Gratia  
fuerunt  
que refer-  
uauit, aut  
alia, quo-  
rum tunc  
capaces nō  
erant.

Et fuisse, duæ enim causæ erant, cur portare non pos-  
sent. Prima, recondita rerū maximarū obscuritas, cui  
nōdum idonea erat ruditas Apostolorū. Altera mor-  
tor, timor & consternatio Apostolorū, ob discessum  
Domini, & imminens omnibus periculum, quo circa  
ne faciliam rerum expositioni quidem valde atten-  
dere poterant. Verissime Augustinus docet, esse qua-  
dam quæ illi tunc capere non poterant, nunc etiam  
Christiana plebs capere possit. Sed quænam sunt ista, in-  
quit, tract. 96. quæ ipse non dixit, temerarium est velle presu-  
mere & dicere nam & mori pro Christo nondum erant idonei  
tunc Apostoli quibus dicebat, Non potestis me sequi modo. Vnde  
primus eorum Petrus qui hoc iam se posse presumperat, aliud  
expertus est quam putabat. & tamen postea & viri & mulieres,  
pueri & puellæ, iuuenes & virgines, senes cū iunioribus innu-  
merabiles martyrio coronati, & posse inuenti sunt omnes, quod  
tunc quando ista Dominus loquebatur, nondū poterant porta-  
re pastores. Nunquid ergo debuit illis ovis dici in illo tenta-  
tionis articulo, quo certare vsq; ad mortē pro veritate oportebat  
& pro Christi nomine vel doctrina sanguine fundere: nunquid  
inquā debuit eis dici, Quis vestrum audeat idonei Martyrio se  
putare, cui Petrus idoneus nondū fuerat, quando eum os ad os  
Dominus ipse instruebat? Sic itaq; dixerit aliquis, non debere  
dici populo Christiano audire cupientibus quæ sint de quib; Do-  
minus tunc dicebat. Ad hoc habeo multa vobis dicere,  
sed non potestis portare modo. Si Apostoli nondum pote-  
rant, multo minus vos potestis: quia forte sic multi possunt au-  
dire, quæ tunc nondum poterat Petrus. Sic multi possunt mar-  
tyrio coronari, quod tunc nōdum poterat Petrus. Non igitur  
recte concluditur ea quæ nunc capiunt multi, et illos  
potuisse portare. Verū hac in re non habemus. Nesci-  
re nos quædam dicimus, quæ præsens Dominus do-  
cuerit, quæ Spiritui sancto referuauit. Nam multa A-  
postoli cognouerunt, quæ in Evangelio nō scribuntur.  
Addit Bullingerus temerarium esse definire quæ illa  
sint, idq; probat ex Augustino: id nos et dicimus, & o-  
perose ac verbosæ calumniæ negatione occurrimus.  
Nec Bullingerū tamen excusare possumus, qui contra  
sententiam, quā probat, quæ sint illa temerariē pro-  
nunciat. Dixit Dominus, inquit, plura se potuisse dicere, nō  
de his capitibus, quæ isti numerant, sed de peccato, iustitia, atq;  
iudicio: eā differtationē, quia nec breuitas temporis, nec audito-  
rum perturbatio admittat, dilaturum in tempus aliud, atque  
commodius. Hæc Dominū dixisse non docet scriptura,  
non dicit se de ceteris, missa, veneratione sancto-  
rū, votis monachorū non dicturū per Spiritum san-  
ctū, nec de peccato plura dicturū. Cum ille tacuerit quæ  
nostrū dicat, illa vel illa sunt, inquit Augustinus. Aut si  
dicere audeat, vnde probat? Quis n. est tam vanus aut  
temerarius, qui cū dixerit et vera, quibus voluerit, quæ volu-  
erit, sine villo testimonio diuino affirmet, ea esse quæ tunc Do-  
minus dicere noluit? At Bullingerus non modo definit,  
quæ ea sint, quæ tunc noluit, postea voluit, sed etiam  
quæ ea, quæ nec postea dicere noluit. De missa, ceterisq;  
non est iā dicendi locus, consulantur, quæ Matt.  
26. dixi. Nos hoc ex loco solū colligimus: Ante mor-  
tem suam Apostolis non esse perfectā fidei, & myste-  
riorū cognitionem à Christo collatam, eam vero per-  
fectam die pēteceostes accepisse, cum munus Aposto-  
licū sunt aggressi. Atq; hæc est expositio Catholico-  
rum: Augustini, Chrysost. Theodor. Bedæ, Ruperti,  
Theophyl. Euthym. Maldonati, aliorūq; recentiorū.  
§. 4. Hæreticorū quorundam opinio est. Multa illa  
quæ iā portare non poterant, non esse alia, quā docuit  
imo nec alia, quam quæ ab Evangelistis scripta sunt;  
Spiritum sanctū eadē in memoriam reducere, & latius  
explicare. Ita Hunnius hunc in locū, & Lucas l. 8. offus.  
Causa cur eo redigi se patiantur est, quod alioqui di-  
cere cogentur non esse integrā doctrinā ab Euangeli-  
stis conscriptā, ideoq; opus esse traditionibus, & ex-  
plicatione Conciliorū, ac Pontificū. Hos conuincit i-

Quæ non  
dixerit, in  
ceresum.

pse Apostolus Thess. 2. 25. Tenete traditiones. Illa tamen  
nunc omitto. Adhuc multa habeo vobis dicere, quæ non pote-  
stis portare modo. Illa multa si ante docuit, si ex illis sunt, non tra-  
ditio in concionibus. Euangelicis habentur, portare po-  
tuerunt, cū audirent, & sanè nunc et poterant. Quid  
vero erat necessariū illa repetere, cū nec ita multa es-  
sent, nec probabile Apostolos obliuioni tradidisse?  
Nō igitur illa sunt, quæ audierant? Non. n. omnē veri-  
tate audierant, sed eā, quā pro captu, & statu eorū di-  
uinitas reuelare decreuerat, cetera deinceps auditu-  
ri. Non aut omnia in Evangelio scripta esse, quæ postea  
Apostoli docuerunt, & scripserunt clamant libri ipsi.  
Quod si obscurè à Christo dicta, vt sine explanatione,  
quæ postea Sp. S. adderet, percipi non possent, quid  
illis in mentē venit, vt scripturam, & sine interprete  
omnibus notissimam esse sibi imaginentur? Cur vero  
Christū ita locutū tradunt obscure suis, vt eo tempore,  
quo loquēbatur, intelligi nō posset, sed postea demū:  
Neq; nobis concedunt, vt explanationē aliquā sacræ  
scripturæ à patrib; quos Deus Ecclesiæ Doctores de-  
dit, petamus? An magisteriū Spiritus sancti cū ipsis A-  
postolis sublatū est? Consentiunt veritatem manifeste  
contra suos collegas et ipsi hæretici. Bullingerus, quia  
alia quædam docuisse fatetur, atq; adeo Calvinus, qui  
et addit: Sp. S. à Christo acceptū sapientiā per manus tradi-  
disse. Nec mirū si dicamus aliorum Apostolos ignorasse,  
quod et Calvinus dicit, cum et Bucerus fateatur, san-  
ctos ad quædā, quæ indubitā Dei sunt, supere. Nunc multa Apostoli  
ignorabant, imo ne portare quidem poterant, postea inuio-  
perfectam scientiam acceperunt. Frustra itaque se hic ignorantia  
iactat Rudolphus Gualteri, cum accusat nos, quasi i-  
postea sui-  
gnorantes Apostolos dicamus: & maligne omnino rissim.  
Bullingerus. Hoc tempore ignorantem & tyrones di-  
cimus, postea perfectos Ecclesiæ Doctores. Indignū  
est nos ab illis reprehendi, quod Apostolis ante Chri-  
sti passionem ignorantiam tribuamus, cum ipsi Chri-  
stum Dominum ignorantem fuisse existiment. Bren-  
tius hom. 19. in Lucam, vt corpore ita & animo cre-  
uisse fingit, Olander idiotam appellat. Gallafius i-  
gnorasse adeo, vt diceret more hominū. Molinæus  
scientiam per gradus acquisuisse. Quæ omnia Acri-  
na sunt. Quod si igitur pro Apostolorum honore sol-  
liciti sunt, cur non magis pro gloria redemptoris. Cur  
non potius lustinum audiunt. q. 18. ne omni fieri tū xpi-  
5. & p. 1. dicit. Ignorantiam Christo tribuere impiū est.  
§. 5. Hunnius in huius loci expositione negat opus  
fuisse supplemento patrū & traditionum. Nam omnia  
se tradidisse ante professus est. Nos quoq; concedimus om-  
nia accurate docuisse Christū, quæ ante passionem  
docenda acceperat, non omnia absolute; nam multa  
Spiritui sancto reseruaui, ipse Hunnius fatetur opus  
fuisse Spiritui sancto, qui dicta illustret, explicet, in  
memoriam reducat, obliuione, in omnē inducat veri-  
tatem, mentes eorū aperuisse, vt non modo ipsi por-  
tare, sed alijs etiam possent annuciare, atq; hoc est,  
quod dicimus opus esse doctoribus, qui scripturā le-  
ctam explicent, illustrent, hoc in Ecclesia per ordina-  
rios pastores Spiritum sanctum facere. Cur enim ipsi  
tam pestilentioso labore textum deprauāt, si omnia a-  
perta sunt? Hac de re consulat Apostolorum discipu-  
lum Dionysium Areopagitam Epist. 9. ad Titū. Multa  
autem illa scripta esse nemo hæcenus ostendit. Et tra-  
ditiones quidem aliquas antiquissimas esse admit-  
tendas ne Hunnius quidem negare in Colloquio,  
quo victus est, potuit. Deinde illustratio, atque ex-  
plicatione qua Spiritus sanctus scripturam exponit, necessaria est  
traditio est: quæ in Ecclesia non minus necessaria est, explicatio  
quam ipsa scriptura. Testem cito eum, qui scrip-  
pturam, & traditionem de manibus Apostolorum ac-  
cepit, Dionysium, l. de Ecclesiastica Hierarchia, quæ  
dā traditiones ne scribi quidem testatur, cū iā notæ sunt, p. 1. 1. 1.

Opus  
placuit  
scriptura

Proce-  
quid

ταὺς δὲ τελεστικὰς ἀπικλήσεις, ἡ βεβαιὸν ἐν φρεσίν αὐ-  
 τῶν ἐνεργούντων, οὐδὲ τὸ μυστικὸν αὐτῶν ἡτοῦ ἐπ' αὐτῶν ἐνε-  
 ργησῶν ἐκ θεοῦ διωκτικῶν ἐκ τῆ κρυφίας πρὸς τὸν κοινὸν ἐ-  
 ξάγειν. αὐτῶν οὖν ἡ κατὰ ἡμᾶς ἰσχυρὰ πρὸς τοὺς ἔχοντες, ταῖς  
 ἀνεκμπνευσταῖς μνήσεσιν αὐτῶν ἐκμαθῶν, καὶ πρὸς θεο-  
 τέρων ἐξ ἡμῶν καὶ ἀναγωγῶν ἐρωπιείῳ καὶ ἐνεργείῳ ἰσχυρῶς  
 δοσιπλοθεῖς, ἀπὸ τῆς τελεπνευστικῆς ἐκμαθῶν ἀνα-  
 γῆς πρὸς τὴν ἐκτελεστικὴν αὐτῶν διδασκαλίαν. Precationes  
 autem quæ in mysterijs adhibentur, nefas est scripto interpre-  
 tari, & mysticam eorum intelligentiā aut vim, quæ in eis Deo  
 auctore, efficacitatem habet, ex adyto in publicum efferre: Sed  
 quemadmodum à maioribus nostris traditum accepimus, cum  
 eas doctrina quæ foras exire non debet, hauseris & ad diuiniorē  
 animi constitutionem & mentis elevationem, diuino amore,  
 sanctisq; actionibus perfectus euaseris: diuino (Sacramenti or-  
 dinis) lumine ad summam earum scientiam deducere. Nec  
 opus est ut traditio patrum decreta exspectet. Simul  
 cum scriptura datam fatetur idem Dionysius eodem  
 libro. Nostra enim hierarchia vis omnis in verbis, quæ à Deo  
 tradita sunt, cernitur. Sanctissima autem venerationeque di-  
 gnissima verba ea esse dicimus, quæ nobis à Sanctis nostris præ-  
 ceptoribus in sacrosanctis atq; Theologicis libris sunt prodita,  
 quæque ab ipsdem sanctis viris institutione, quæ magis à mate-  
 ria abhorret, proximāq; iam quodammodo esset, ac similis cœ-  
 lesti hierarchia, ex mente in mentem, vel corporeo illo quidem,  
 sed quod minus materiae est participes, sine scripto studiorum no-  
 strorum duces principesque didicerunt, neque hæc hierarchia  
 scilicet Apostolis, in commune scriptisq; bonum diuino numine  
 permotis apertis intelligentijs, sed sanctis signis tradiderunt.  
 Neque enim quis Sanctus est: Nec omnium est, ut ait Paulus  
 scientia. Vide & Maximi & Pachymenij Scholia, & ma-  
 nifestissime apparebit, semper traditionem ἡρώδης  
 ἐκ τῶν, extra scripturam, fuisse comitem scripturæ.

## VERSUS 13.

*Cum autem venerit ille Spiritus ve-  
 ritatis, docebit vos omnem veri-  
 tatem, non enim loquetur à semet-  
 ipso: sed quacunque audiet loque-  
 tur, & quæ ventura sunt annun-  
 tiabit vobis.*

## QVÆSTIO I.

*Quis est ille qui venit?*

§. 1. *GRæce signanter, ὅταν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνος τὸ πνεύ-  
 μα τοῦ ἀληθείας. Cum venerit ille paracletus, τὸ  
 πνεῦμα, qui est spiritus. Nam ἐκεῖνος quod est masculi-  
 num, non potest ad πνεῦμα quod neutrum est referri.  
 Quod Augustinus, Cyrillus, alijque notarunt. Vocatur  
 autem Spiritus veritatis, ut per entithefin dæmoni  
 opponatur, qui est spiritus mendax, & pater men-  
 daci. Nec quocumq; modo veritatis est Spiritus, sed  
 ipse veritas creatrix est increata, fons & scaturigo veræ  
 doctrinæ, quæ mundum imbueret Apostoli debebant  
 Ita Athan. oratione 2. contra Arianos, cum filium pa-  
 tris facit Spiritui sancto. Datur autem Christo ut Deo,  
 à quo acceptus erat, ut homo. Monet autem Augu-  
 stinus l. 4. de Trinit. c. 21. Non ideo patre minorem  
 esse, quia missus fuerit, sed propter principij auctori-  
 tatem commendandam. Quomodo autem veniat  
 cum sit ubique Spiritus Sanctus non est arduum co-  
 gnoscere: Est enim missio personæ diuinæ ab alia pro-  
 cessio cum habitadine & respectu alicuius effectus,  
 qui circa eos, quibus mittitur, effici solet. Itaque nec  
 persona quæ non producit, mitti potest, nec ea quæ  
 producit mitti potest, sine nouo in rebus creatis ef-  
 fectu; mitti enim aliqua sui mutatione non potest,*

Adami Conzen in Euang. Tom. II.

cum sit omnino immutabilis, & immensa; nouo er-  
 go modo alicubi esse dicitur, cum noua dona gratiæ  
 confert, quia vero ut id possit habet à mittente, mitti  
 dicitur. Itaque nec à Spiritu sancto mittitur filius, nec  
 vlla persona à seipsa, quia filius à solo patre à quo pro-  
 cedit, mitti potest, & nulla persona à seipsa produci-  
 tur. Quamuis autem effectus per idiomata & proprie-  
 tatem vni personæ tribuatur, non tamen vnus est, sed  
 omnium; omnes enim vna essentia conueniunt. Est  
 que omnium cum omnibus intima coniunctio & in-  
 habitatio, quam ἀχώρητον Græci appellant. Datur  
 autem Spiritus sanctus, non modo dono eius, ut Au-  
 gustinus l. 15. Deus enim dat Deum. & Amb. lib. 1. c. 4. de  
 Spiritu sancto. & c. 3. Lombard. distinct. 15.

## QVÆSTIO II.

*Quomodo docebit omnem veritatem?*

§. 1. *GRæce est ὁδηγῶν ὑμᾶς εἰς πᾶσαν ἀλήθειαν, du-  
 cet vos in omnem veritatem. Verus videtur legis-  
 se διδάσκει, docebit, Syrus habet נדבבך נדבבך nedabbarchun,  
 ducet vos, quod glossa interpretatur נדבבך duxit, utroq;  
 modo in libris veterum legitur, & idem est sensus.  
 Quamuis enim deducere esse videtur plus quam do-  
 cere, idem tamen sensus est.*

Omnem igitur veritatem Apostolos docuit, non  
 eam modo, quæ singulis etiā idiotis necessaria est ad  
 salutem, sed etiam eam, quæ sublimior est, sine cuius  
 cognitione multi saluantur, quæ Iudæos gentes, hære-  
 ticos erudire, & conuincere possent, ut Spiritui & sa-  
 pientię eorū, ne totius quidem mundi calliditas pos-  
 set obfistere. Quæ ex re concludimus, Ecclesiam ita  
 regi à Spiritu sancto, ut in rebus ad salutem necessarijs  
 non erret. Nā Spiritus sanctus non Apostolis modo, *Semper*  
 sed eorum etiam successoribus necessarius erat, ut ni- *necessarius*  
 mirum in fallibilis certitudo dogmatū semper apud *suit Spiritus*  
 aliquos relideret, ne deesset discere volentibus certus *ius sanctus*  
 magister, & errantibus corrector ac ductor, cum enim Ecclesia  
 scripturę sensus in varias interpretationes rapiatur, cū  
 minima pars eam in lingua primæua intelligere possit.  
 Si nemo est, qui eā sine errandi periculo explanare po-  
 test, non est Ecclesia firmamentū & columna veritatis. *Fallaci-*  
 tis, in qua etiam multi vera doceant, & plures v- *nemo cre-*  
 bique terrarum veritatis professione gloriantur, non *deret tene-*  
 erit tamen cui tanquā veraci fidere possit, qui ad Ec- *tur.*  
 clesiam tendit, si errare omnes possunt. Vereri. n. debet,  
 ne quod fieri posse norunt, re ipsa fiat. Cum ergo Spi-  
 ritum ductorem Ecclesię Christus polliceatur fore,  
 non potest errare, nisi & Spiritum errare dicamus. Nā  
 quantum ad res fidei pertinet, ne falsum Deum, aut  
 falsā fide verum Deum colant Christiani ad prouiden-  
 tiam Spiritus sancti maxime pertinet. Nec in omnem  
 veritatem ducitur, qui contra aliquem tueretur errorem.  
 Ideo veritatem toties repetit scriptura, ut suspiciōe  
 erroris excludat. Hinc in concilijs illa sancta fiducia  
 verba: *Visum est Spiritui sancto & nobis.*

§. 2. Apostolis datum esse Spiritum sanctū, ut er-  
 rare non possent, hæretici fatentur; magnopere enim  
 contendunt eos post pentecostē omnia fidei dogma-  
 ta perfecte tenuisse itaq; percepisse veritatem, ut falsā  
 docere non possent. In eorū igitur doctrina certitudo *Ecclesiæ*  
 fuit, seu ut vocant, infallibilitas, quæ etiam discipuli *non potest*  
 agnouerunt, & tuto crediderunt, tanquā Spiritui san- *falli.*  
 cto per eos loquenti, seu ipsi Christo. At vero cū po-  
 steriori non minus consultū Deus noluerit, quā Ec-  
 clesiæ, quæ prima ætate floruit, non deseruit eā Spi-  
 ritus sanctus. Hunnius hoc loco promissionē primo  
 & principaliter in Apostolis ait impletam, quos Spi-  
 ritus sanctus ita in omnē induxit veritatē, ut in doctri-  
 na fidei non errarent. Deinde secundario impleti in  
 Ecclesiā usque ad finem mundi. *Quæ quamdiu audit vo-*  
*cē pastoris, ac se baculo verbi Dei regi, ac duci patitur, tamdiu*